

tium, scribae senatus participantis nuncupati; describuntur tam omnes et singuli praemissi, quam alii deinceps in civium nobilium romanorum ordinem rite, ut infra, cooptandi.

Praeterea motu, scientia, et potestate similibus; ex familiis, superius enunciatis, certum et constantem numerum sexaginta familiarum, et non ultra, designari volumus, quas quidem nos, pro prima vice, ut infra designamus; quae familiae *Civium nobilium Romanorum Conscriptorum* appellari debeant, quaeque, per manus praedicti scribae Senatus, et cum assistentia, ut supra, describantur in alio peculiari libro, in archivo capitolino pariter asservando; earum vero nomina tabellis, seu chartulis inscripta in urna quadam, vulgo *Bussolo*, includatur, ad effectus infra dicendos.

Nomina igitur familiarum civium nobilium romanorum conscriptorum, quae a Nobis designantur, sunt quae sequuntur:

*Accoramboni Marius - Anguillaria Carolus - Astalli Tiberius - d'Aste Franciscus - D'Aste Mauritius - Bichi Carolus - Boccapaduli Petrus - Bolognetti Jacobus - Bonarelli Petrus - del Bufalo Hyacinthus - Bassi Raynerius - Capizucchi Marius - Capponi Alexander - Capranica Camillus - Cardelli Antonius - Carpegna Franciscus - Casali Alexander - Cavalieri Aemilius - Cenci Virginius - Cenci Christophorus - Ceva Hortensius - Chigi Montorio Johannes - Costaguti Johannes Georgius - Crescenzi Virgilius - del Drago Paulus - Falconieri Horatius - Filonardi Scipio - Frangipani - Pompeius - Gabrielli Angelus - Gabrielli Antonius - Gavotti Stephanus - Grassi Marcus Antonius - Maccarani Joseph - Mariscotti Horatius - Massimi Camillus - Massimi Franciscus - Melchiorri Johannes Baptista - Mignanelli Jacobus - Molara Laurentius - Muti Innocentius - Muti Vincentius - Nari Fabritius - Olgiati Johannes Baptista - Origo Vincentius - Orsini Benedictus - Ottieri Lotarius - Palombara Maximilianus - Patrizi Patritius - Petroni Alexander - Raggi Thomas - Ricci Julius - Sacchetti Johannes Baptista - Sampieri Johannes Baptista - Serlupi Hieronymus - Soderini Nicolaus - Spada Clemens - Teodoli Hieronymus - Verospi Hieronymus - Vettori Alexander - Vitelleschi Franciscus.*